



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Reuerentia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

iniustum, foret animam habere premia laborum, in quibus magnam partem perpeffum est corpus, ipsum vero non habere in premio partem: Non in animam sciam dare poenas peccatorum quam plurimorum, quae non comiffet, nisi corpus ei fuisset adiunctum; De re surrexione.

Reuerentia.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Reuerentia, a reuer, reuer, & ad loquay, reueor dicitur. Est autem reuerentia, honor exhibitus in testimonium virtutis.

Reuerentia est timor initialis, & castus, tamen capi potest in bono, & in malo, sicut etiam, onfusio, id est, reuerentia, sec. B. Th. sup. Ps. 34. col. 17.

Reuereri est actus timoris, & vt debetur Deo est actus latritae, sec. eund. Sec. q. 81. art. 2.

LOCI BIBLICI.

Reuerentia erga alios praecipitur, Rom. 12. vers. 10. Philipp. 2. 3. 1. Pet. 5. 5.

SENTENTIAE BIBLICAE.

Omnes honorate, fraternitatem diligite: Deum timete, Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyticolis. Petrus Apostolus 1. cap. 1.

SENTENTIAE PATRVM.

Esto subiectus pontifici tuo, & quasi parentem animae ama. Sed Episcopi Sacerdotes sciant se esse, non dominos: honorent clericos quasi clericos, vt iplis Episcopis honor deferatur. Scitum est illud Oratoris Domitii: Cur ego, inquit, te habeam vt principem, cum tu non me habes vt senatorem? Hier. ad Nepot. & hab. dist. 35. can. Ego.

Boni reuerendi sunt, ne offendantur ne fortasse per eos ille prouocetur ad iram, qui eorum corda semper inhabitat. Greg. sup. Ezech. 7. 27.

Cham filii Noc sententia damnatur, qui suorum praepositorum culpas in publico produnt. Iud. lib. 3. de summo bono.

Cham nuditatem patris irrisit, & semen suum in seruitutem perpetuam damnauit. Abafon quoq; Dauid de regno expulit, & concubinas eius incaustauit, sed morte condignas poenas luit. Helisai caluitium pueri Bethel irriserunt, & duo vrsi de saltu ex eis quadraginta duos laerauerunt. Qua puerilis stulticia Iudaeorum in Caluarie loco Christum crucifixum irrisit: sed quadragesimo secundo anno post ascensionem eius, duo vrsi Vespasianus & Titus de saltu gentium egressi, illud foetum laerauerunt. Glossa Ecclesiast. 3. super illud. Honora patrem tuum, vt superueniat tibi bene, & c.

PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Dignitas, est alicuius cultu & honore & verecundia digna auctoritas. Cic. Rhet.

Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore veneramur. Ibid.

Reuerentia, est virtus aliqua praestatione sublimitatis debita honorificationis cultum exhibens. Ibid.

Veneratio, est virtus, qua reuerentiam exhibemus maioribus in corporis humilatione, gestu, nutu, & verborum emissionem. Ibid.

Pythagorae tanta veneratio ab auditoribus tributa est, vt quae ab eo accepterant, in disputationem deducere nefas putarent. Qui etiam interpellati ad reddendam causam, hoc solum respondebant, ipsum dixisse, magnus honor, sed scholasticus. Val. Max. l. 8.

Non possumus ob honores reuerentia iudicare dignos, quos ipsi honoribus iudicamus indignos. Boer. l. 3. de consel.

Bonus vir sine Deo nemo est. Ille dat consilia magna, & recta. Magnorum fluminum capita veneramur, coluntur aquarum calentium fontes & stagna, quae vel opacitas, vel immensa altitudo facit. Sen. 40. epist.

Si hominem videris intrepidum, & inexpugnabilem periculis, intactum cupiditatis, inter aduersa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, non subicit te veneratio eius: visus illic diuina descendit. Ibid.

Mulum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt, suscipiendi tamen sunt, & ritu Deorum colendi: quam venerationem praepositoribus meis debeo, tandem illis praepositoribus generi humani, quibus, quibus, honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput aperiam, semita cedam. Quomodo ergo M. Catonem, & Laelium sapientem, & Socratem cum Platone in animum meum sine dignatione summa recipiam? ego illos venero, & tatis nominibus, assurgo, Epist. 65.

APOPHTHEGATA. Musonius dicebat, eum apud omnes maxima verecundia digni iudicari, qui se ipsum primo, deinde alios reuereri didicisset. Serm. 29. de Verecundia.

Demetrius Phal. Honestos adolescentes domi parentum reuerentia debere dicebat: in via autem omnes vii quae se obuiauerint, in rudine autem seipios. Srob.

SIMILITUDO.

Roterodami. Apud Thessalos capitale est occidere ciciniam, vt ob aliud, nisi quod serpentes interficit: paratur & apud Thessaliam miluis, quod vrbem raptis exitis pecudum repurgens: in aqua dam honos habendus, non quod ipsi digni sint, sed quod illorum opera nobis sint vsui. in siml.

EXEMPLA BIBLICA.

Reuerentiae exempla: Rex Israel. 2. Reg. 6. v. 21. 22. Dispositio. 2. Reg. 9. v. 32. Elizabeth. Luc. 1. v. 43. Populus. 9. v. 45. Ad. 5. v. 13. Eodem gentium. 20. v. 35. 21. v. 5. Paulus. 15. v. 25. Rom. 12. v. 23.

Vide Dignitas, Honor.

Rex. Reges. Regna.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Rex, Graece βασιλεύς, ius, & Anax, ius, est nomen generis imperator nomen officii. Imperatores creantur, & Reges sacrorum Rex sacrificulus est Romanis, qui sacrorum ritibus, solo nomine rex, sacra, quae penes reges erant, obsecrationum praestaret, quem creatum, aut in locum decedentis substituit, licet reliquos sacerdotes inaugurari oporteat. Act. 13. v. 1. lex Gen. Dier. l. 3. c. 27.

Reges a recte agendo vocati sunt, ideoq; recte facientes, nomen tuetur, peccando amittit. Recte ergo illi Reges dicuntur, qui tam se met ipsos, quam subiectos bene regendo monstrauerunt. Iud. l. 6. de summo bono.

LOCI BIBLICI.

Rex qualis, & quorum construendus, Dent. 17. v. 15. Regni stabilitum, Prover. 29. 4. 2. Deo elui. Sam. 23. v. 1. 10. 9. honore afficiendus Rom. 13. 1. Pet. 2. 17. Legem reges debent. Dent. 17. v. 28. 19. equos sibi multiplicare non debent. 2. Cor. 10. v. 4. Regis cor in manu Domini, Prover. 12. 1. Regis ira periculosa. 14. v. 19. 1.

Regum corda inscrutabilia, Prover. 25. 3. Regum & principum officia, 1. Reg. 2. 3. P. 2. m. 10. 11. Prover. 20. v. 26. 27. 28. 23. Regum ac Principum vitia non sunt dissimulanda, Exempli Elias, Reg. 18. 18. Elifuzus, 2. Reg. 13. 3. Ioannes Baptistae, Mat. 23. 4.

Regibus quod debetur, reddendum, Matth. 22. 21. Rom. 13. 1. Regibus & Principibus Deorum nomen attribuitur. Psalm. 135. 10. v. 34. 33. Prima, eo quod iudicia Dei exercitant inter homines. Paralip. 19. 6. hoc est, ratione officii, bona & iusta promotione la puniendi & tollendi. Ideoq; naturam Deimitari debent, quos & Ariolos, Leuit. 20. 6. Dent. 18. 10. Parentibus honorum deferentes, Leuit. 20. 9. Illegitimi concubius reos, 4. v. 13. 14. alios in ligni facinore pollutos, vt sunt idololatrae, Esai. 22. v. 17. 17. 9. 5. 6. & similes, tolli a medio vult. Secunda, Diuina operatione formae, quia notas aliquas sui Spiritus Deus in impiorum est, dona quaedam pene diuina illis communicat, vt patet, ex Iud. 11. 17. 1. Sam. 16. 8. 13. 24. Dauid etiam petiit se Spiritu principum firmari, Psalm. 51. 14. Zorobabelis quoq; Spiritum a Deo conceperat legitimus, Haggai. 1. 14. Finem, in quem constituiti sunt Reges & Principes, exprimit Paulus 1. Timoth. 2. 2. pro Regibus orationem. Ibidem.

POETARVM DICTA.

Thomas Motus.

Quis sit melius, Rex ne imperet, anue Senatus?

Neuter quod, sepe est, si sit uterque malus.

Sin sit uterque bonus, numero prestare Senatus.

Ingle bonis multis plus reor esse boni.

Difficile est numerum fortis reperire bonorum.

Sic facile est Sinum sapius esse malum.

Et fuerit medius, saepe inter utrumque Senatus.

Sed tibi vix iniquam rex mediocritas erit.

Consilioque malus regitur melior Senatus.

Rex consultores seū regis ipse suos.